pꝛetiũ eſt ea diſcernere. Aſtris eni q̊dammõ videbimur
dñari: dũ que nocitura ꝓſpicim⁹ caute declinam⁹: ⁊ que
cõmodo futura pꝛeuidemus: amplectimur pꝛudenter.
¶ Ariſ. Putaſne tutũ ſit eoꝛum verſucie mendacitatiq;
credere aures. qui pꝛeſagire futura ſpondentes: hoc ti-
bi aiunt periculi eſt timendũ: bellũ pugnans occidere.
Quid ſi declinaro certamen: et armis togam pꝛetulero
recuſaroq; rem in acie decernere ferꝛo? Quid ſi ante pꝛeli
um me deſtituat vita? qđ impoſſibile non eſt. Num et
tũc erit neceſſe me manus conſerentẽ oppetere moꝛtem?
¶ Chi. Multa quidem ſunt que ne quos minantur
ſydera maloꝛũ aculeos pungant: eſſe impedimento poſ
ſunt. ¶ Ariſ. Mentiuntur ergo aſtronomi: quiq; tan-
dem hi ſunt aſtrologi. Nihil eni inter eos intereſſe puto
quum illi ab aſtroꝛũ regula: hi ab eoꝛundẽ ratione ſint
dicti. Sed vtcũq; ſit: etſi ſelectõem quandã facere theo
logi conẽtur: mentiuntur. dum que futura vaticinant:
non eueniunt. ¶ Chi. Mentirentur ſi aliq̃d indubitato
et neceſſario futurũ ſponderent: qđ p̃caueri declinarine
non poſſet. Id artis huius ꝓfeſſoꝛẽ ſane mentis audies
polliceri neminẽ Quinimmo hi ſtellarũ curſus: et plane-
tarũ ꝯiunctiones interdũ ad certa diffoꝛtunia inclinari
nullã addẽdo necitatez ꝯcedũt Idoq; ſi ea q̇s p̃uiderit
auerti poſſe ¶ Ariſ. Quid putas ex ſydeꝝ curſu nobis pi
cul'i ĩpendere. q̃ dei ſunt creatura. Crediſne deũ feciſſe ali
qua: q̃ nobis: q̊ꝝ ſalutis cauſa cũcta creauit: i ꝑnicieẽ eẽnt
Chi. Hoccĩe te latꝫ? Nã et ãgues et leões et cocodyllos:
et tigrides et venena. et cetera q̃ hoĩb⁹ noxia ſũt ꝓduxit

Stelle aũt et celi lumiaria ñ ad nocendũ plaſmata ſunt
ſed p̄monere nos videnť vt que minãtur ipa declinem⁹
¶ Ariſ. Repugnãtia ſunt dicta tua. Nũc eni ſydera in
nocua eẽ et nobis amica: nũc ea minãtia refers ¶ Chi.
Minãtur ꝑfecto: ß ipa nihil officiũt. Si eni diſpoſitio
celi te ferro caſurũ inclinet. num te: niſi p̄uideris: cõſtella
tio enecabit? Quã ſi ↄſuluiſſes: licuiſſet tibi eẽ incolumi
et ſaluo: licuiſſet hoſtẽ fugiſſe: cui⁹ dextera nõ vllũ ſyd⁹
cedẽ opař. Multũ ergo pẽſi habȝ eẽ aſtronomũ ¶ Ariſ.
Quid penſi? ¶ Chi. Quotiens repetã. ad p̄uidenda fu-
tura? ¶ Ariſ. Quotiens repetã ea nõ poſſe p̄ſciri? Deũ-
ne hominũ tões exiſtimas adhibuiſſe ↄſilio deliberatõni
qȝ ſue? Dic queſo. qñnaȝ eos accerſierit. expoſuerit arca
na. et docuerit p̄dicere vẽtura. Qδ ſi nõ fecit: ſapiẽ ↄſi-
lioqȝ id ↄſequuti ſunt forſitan. vt que i celo gerãtur: in-
telligant ipſi. ¶ Chi. Sic eſt. Tute cũ aſtronomis floc
cipendendis accomodas: eos ignarus laudibus dignis
effers. Tali eni ſunt induſtrie acrimonia: vt etiã ſub di-
uo et in t̃ra ↄſtituti que circa celeſtia motuſqȝ ſyderũ et
planetarũ curſus ↄtigant: q̃d ex illis ſubſeq̃tur: cogno-
ſcant. ¶ Ariſ. Nec aſtra ego influxuũqȝ ſup̲iorũ vi: nec
eorũ curioſos ꝓbaueri obſeruatores. Non eni celo regiť
mũdus: ß ab eo q̇ in celo reſidȝ: deo glorioſo: q̇ ſuo v̇ſat
arbitrio cũcta Subtonãte ei nutu ↄſiſtũt vniuerſa. Ei
us volũtate nõ vllo motu ſtellarũ regũtur oĩa. Jlle te-
monẽ tenet. Jlle miſeriarũ nauem in q̃ cõſtituti ſumus
dirigit: et in quẽcunqȝ vult curſuȝ inflectit ¶ Chi. Hoc
cine q̇s eſt tã improbus vt inficieť. Sȝ et deus oĩpotens
qm̃ quecũqȝ voluit fecit. ſydera etiã creauit: eiſqȝ v̇tutẽ
p̄ſtitit: vt nr̃os act⁹ moderarenť: et mundũ gubernarẽt
Jnferiora ei iſta ſup̲iorib⁹ regũtur ¶ Ariſ. Pape q̃d au
dio? Proh maleſanũ hoĩeȝ. Deũ ais poteſtatẽ viqȝ ſuã ⁊
q̃ vſus mortales nutu ſuo diſponit: ſyderibus cõmiſiſſe
vt ab illis ipſis regamur. O vtinã. ne ſe ad hoc inrciu-

rando aſtinxerit: quo magis liceat reuocare. Nam ap-
pollo quã phetonti filio ſolis quadrigam equorũqȝ ha-
benas guberuãdas interpoſito iuramento ſpoſpondit:
denegare poſtea nequiuit: ne deieraſſe videretur. Qua-
propter hic equorũ celeritatis cohibende impotens. to-
tum orbem ignibus conflagrauit. ⁊ a ioue in ponthum
eſt precipitatus. Sed non eſt talis (qualẽ tu mentiris)
deus optimus maximus. qui imperitis (vtpote ſyderi-
bus inanimatis) faciat copiã regnandi. ¶ Chi. Jnep-
te et importune fabularũ hec adducis portenta. Num
deus aliꝗ̃ cõmiſit imperiũ. Jd ego non dixerim. Quĩm
mo ſtellarũ curſu atqȝ influxu: tanq̃ȝ inſtrumento: nos
dirigit mortales. Si enim elatos viderit equo tempera
mine flagellat nunc peſtem. nũc prelia. nunc miſcet vini
frugũqȝ penuriam. ⁊ ventura hec nobis aſtrorũ diſpoſi
tione oſtendit. quaſi dilectis ſuis atqȝ aſtronomis: qui
hoc norunt: ſignũ dando. vt fugiant arcũ ¶ Ariſ. Vix
credo a deo amatũ iri aſtronomos. inſipientiſſimũ ge-
nus hominũ: niſi aliꝗ̃s virtutibus cõmendentur: quod
celeſtiũ noticia gloriatur Frigida ſaturni ſeſe quo ſtella
receptet. Quot ſignis celi cyllenius erret in orbes. Eorũ
deridenda ⁊ cachinno proſequenda eſt amentia. dũ que
in celo aguntur. que futura ſunt. veluti ſuperũ conſilio
interfuiſſent. ſcire ſe temere contendunt. Quid vero i ter
ra. quid in domo vxor? quid ipſi tandem faciant? quid
ante factũ fuerit haud plene ſciant. Preterea ſolis lune-
qȝ defectus longe ante prenoſcere volunt. Sed quibus
ipſi deficiant virtutibus. parum attendũt. ¶ Chi. Jni
quus es qui tãto in aſtronomos auſu debacharis. Ta-
metſi enim eiſdem pleroſqȝ moribus eſſe intelligam. nõ
tamen ideo carpendi ſunt om̃es. Quod ſi cuncti eſſent
conuicio digni. quid aſtronomia demeruit? que optima
eſt. ¶ Ariſ. Nequaq̃ȝ. ¶ Chi. Quamobrem? ¶ Ariſ.
Quia de celeſtibus eſt ſollicita. que: ſcias neſcias: contin

gunt ex ineuitabili curſu ⁊ ordine continuo fatoꝝ. Quid
ergo circa ea curioſi ſumus: que a nobis nequeunt ꝓhi
beri. ¶ Chi. Aduerſa que portendi celo videmus mala.
ſi aſtronomie rõnem calleamus. poſſumus quominus
eueniant p̄cauere. Ideoqꝫ diſpendia vitare. amplecti ve
ro ſecunda. ¶ Ariſ. Si quis (iuxta diuini ſaluatoris nr̃i
p̄cepta) vir innocentē vixerit. non arbitror fortunā mo
leſti quippiā in eum (etiam ſi aſtronomiā ignoret) poſſe
moliri ¶ Chi. Erras multū. Solent eni quandoqꝫ ſcti
ꝓbateqꝫ vite hoies: tanq̃ʒ magꝭ dilecti a deo patre nr̃o
filij: affligi aduerſis. ¶ Ariſ. Qui cedo: ¶ Chi. Per bo
norū direptionē. ¶ Ariſ. Tu aberras potius. Non eni
eo modo flagellant. immo liberant. dū ea q̄ illis ad ſer-
uiendū deo ſarcine ſunt ⁊ oneri atꝫ impedimētor auferū
tur An credis o pes humanas in bonoꝝ nūcꝝ recipien-
das q̄ anias in imas demergunt tartari latebras. Qua
propter nō inſipienter factitauit. Crates phūs: qui ꝓie
cto inpelagus magni ponderꝭ auro: conat⁹ eſt ſe a diui
tiarum eripe ſeruitute. Sʒ hodierno euo lōge ſecus arbi
trantur homies Inſtituendus eſt igiṫ ſermo ꝑ ea que tē
peſtate noſtra inoleuit: cōſuetudine Putaſne igiṫ ad cu-
mulādas opes aſtronomiā ferre ſuppetias: ¶ Chi Ne
ſcis hoc: Thales ꝑfecto mileſius: cū ſibi ꝓbro daretur
pauꝑtas: q̊dqꝫ ad hanc leuandā nec q̄cq̃ʒ philoſopha
retur: multū olei (q̊d ex aſtris eo anno p̄uiderat carioris
futurū) cōparauit. Illud poſtea ſubſequuta ſterilitate
magno precio venūdedit. ingentēqꝫ auri coegit aceruū:
quē ɔuiciatori oſtēdens: num (inquit) me credꝭ inuanū
philoſophari. ſi eri conflando inſiſtā. Nemo igiṫ nihili
faciat aſtronomiā. que et opibus cultores ſuos remune
rare pōt ¶ Ariſ. Mercimonijs ergo miniſtrat aſtrono
mia. atqꝫ ſupplende hominū auiditati cōducit ¶ Chi.
Et ſi ad hec trahi poſſet. non tū̄ eſt ideo inuēta. Sʒ vt
philoſophemur. conſtellationūqꝫ vires ⁊ habitudines

inueſtigātes. abdita nature ɔſectemur q̊d philoſopho-
rum eſt ¶ Ariſ. Nihil ergo preterq̃ʒ ad fortunas cōqui
rendas valʒ aſtronomia: quatenus v̊o ad philoſophi
am accedit. nihil penitus habʒ mōmēti. Nā nec philo-
ſophiā mihi cordi ē. delyramētis multis referta ¶ Chi
Que loq̄tur ſcelus: Hoccine tranquillo hauriā animo:
philoſophiam omniū artiū matrem ⁊ inuentricē te du-
cere cōtemptui. Theodoricus. Ne ab inſtituto digredia
mini ſermōe. philoſophiā preterite. ¶ Ariſ. Faxo: aſtro
nomiā igiṫ inſeq̄r. in celo defixos gerentē oculos. q̊d cal-
cet pedib⁹. quoue ꝓgrediaṫ. nō ɔſiderantē. Quapropē
haud illepide obiectū eſt a vetula thaleti mileſio que ad
locū: in q̊ ille ſidera intueri ɔſueuerat: noctu cū comita-
batur. vbi lumib⁹ verſus ethera erectis. q̊ pedes figeret
mīme ɔſiderans caſu in ſpe cū ſubiectā eſt delat⁹. Tu q̄
dem: o thales: q̄ in t̄ra ſubtus te ſunt cōſpicere nō potes
quō que i celo ſunt cognoſces. Sic pleriqꝫ firmamentū
ɔſiderantes: ignorant ſeipſos: ceteros v̊o ſibi credulos
ludunt. ¶ Chi. Elleboro tibi opus eſſet. Num ad hec
antea reſpōdi. q̊ſdā interdū illis imbutos morib⁹ offen
di: ꝓpptereaqꝫ ceteros tali culpa vacari. Queadmoduʒ
et in om̄i viuendi genere bonis reprobi admixti inueniū
tur. Aſtronomia vero diuina ſcientia ſꝑ in ſe frugi eſt: et
plurimū laudanda. ¶ Ariſ. Tebet me poſthac aſtrono
mie memiſci. Adeo me cepit leuitatis eius ridicule ſatie-
tas. Ideoqꝫ ad muſicā noſtras ɔuertam⁹ lites ¶ Chi.
Vt lubet. Ego tibi non mō non inuit⁹: ſed etiā vltro ire
obuiam: volo. Ideoqꝫ ꝑgito impugnare.

# Capitulū quintū de Muſica

ARiſtobolus Age nunc (ſi tibi quicq̃ʒ neruo-
rum eſt) muſicā tueare. cui preṫ inanē q̄ndā le
uitatiſqꝫ plenā pſallēdi artē ē omino nihil. Pa-

rum igitur mea ſicut ⁊ ceteris iuueni᷑s momēti. ¶Chi.
Fructus eius qm̄ tibi abſconditus eſt. abs te vilipendit.
Quem ſi noſces. aliter ac iam facis loquerere. Quemad
modū enim humana corpora grauibus morbis impli-
cita medelis adhibitis curantur. priſtināꝫ reſumunt ſa
nitatem. ita et animi noſtri dolore oppreſſi. ab eo ꝑ mu-
ſicam liberantur. Nam dulces vocū concētus modula
tioneſꝫ ſuaues abigere meſticiā plerūꝫ conſueuerunt.
¶Ariſ. Sic vt ais muſica ꝓ afficiendis gaudio menti-
bus humanis expedit vti. Reijcienda eſt ergo. ¶Chi.
Quamobrem? ¶Ariſ. Nam cū leticia ſoleat quādoꝫ
multū obeſſe. quippe que interimat etiam. cum ſcꝫ cor
ſanguine ac ſpiritibus vitalibus deſtitutū nimia deficit
ariditate quā ſolet mors nonnunq̄ꝫ comitari Id nimio
gaudio euenit. Qd̄ ſophocli et philomeni ceteriſꝫ non-
nullis legimus accidiſſe. Quid ergo muſicā adeo extol-
lis? atꝫ a leticia concitāda laudas. que ꝑniciosum inter
dum ſequacibus ſuis exitū preſtat. ¶Chi. Hi quorū fa
cis mentionē. non gaudio per muſicā affecti interiere.
Alie fuerūt alieꝫ cauſe. Hec eni ars nō eā humanis mē
tibus leticiā ingerit. que obeſſe poſſit. ſed merorē paſſio-
nemꝫ melancolicam exterminat. Quinimmo ⁊ gaudiū
intemperatū poteſt imminuere. Sunt eni funebres can
tus. triſtiaꝫ carmia. que te ſi nimiū fuer̄ elatus. meſtū
reddēt. Sic optio quodā noſtri effectus moderamīe tē-
perabunt: vt nec merore deiecti torpeant: nec plus equo
inſoleſcant. Ad animorū itaꝫ commotionē nihil eſt: vt
ita dixerim: vtilius muſica. Nā et mētes in rabiem ver-
ſas mitigat. Hinc de dauid rege tradunt annales: quē-
admodū ſaulem ſpiritu maligno exagitatū chordarūꝫ
pulſu cythareꝫ luſu. ab īſania reuocarit ¶Ariſ. Proh
tantuſne vir muſice dedit operā? q̄ reges dedecet: vtpo
te nihil ad gubernandā rempublicā adiumenti prebens
Neroni quidē obiectū eſt ꝓbro: qd̄ nimis ſtudioſe muſi

cam ſectaret̄. Et Philippus macedo cū pſaltē quendā
inter cenandū emēdare vellet: ac de pulſandis fidibꝰ diſ
ſerere Is hoc abs te o rex (ait) ſupi mali auertāt: vt me-
lius hec q̄ꝫ ego noſcas ¶Chi. Si q̄s nimio ardore ī mu
ſicā ferat̄: reprehenſiōe nō caret. Permittit̄ eni huiꝰ art̄
vſus moderatꝰ: etiā p̄ncipibꝰ. Apd̄ q̄s oli p̄ſerti grecos
magno in p̄cio habita eſt Nā themiſtocles qd̄ ī ꝯuiuio
lyram recuſaſſet: indoctior eſt reputatꝰ ¶Ariſ. Quenā
audio? In ꝯuiuijs ergo ⁊ int̄ epulas muſica frequenta-
bat̄: tanq̄ꝫ ad libidinē ꝓuocandā nō cerere bacchoꝫ (ſi
ne q̄s algꝫ venꝰ) eſſet ſat̄. Quīnimo ad alenda turpia
voluptatū incētiua muſicā etiā adhiberēt. Heus q̄ꝫ nūc
dedecoris plenas affers laudes q̄s ꝯſultius reticuiſſes.
¶Chi. Expecta audire ⁊ me: nec anͣ diffinias: q̄ꝫ ſn̄iam
intelligas ꝑtis aduerſe Exiſtimaſne p̄ncipes priſcos in-
dulſiſſe voluptati? Quoꝝ tāta extant domi foriſꝫ faci
nora egregia monumēt̄ tradita lr̄āꝝ: q̄ mīme geſſiſſent
niſi ſe a tā dira deteſtādaꝫ mortaliū peſte abdicaſſent.
Sꝫ ſi qn̄ eos flexi triſtiores ꝯtigiſſet: more pethagorico:
muſicā ad merorē tollendū: nō fouendā venerē: quā nō
ſecus ac letalia horrebāt venena: pauliſꝑ accerſiebant.
Quā igit̄ es mordax: q̄ in peius intꝑretaris oīa: quāuis
et ego tibi aſſentiar: muſice plerūꝫ fieri abuſuꝫ: atꝫ ꝑ eā
anīos ad luxuriā pellici carmibꝰ quibuſdā impudic̄ et
laſciuis. Qua ſi q̄s honeſte vtat̄: mīme talia ſunt timē-
da ¶Ariſ Vtare muſica vt voles: attamē nō video q̄s
poſſit ex ea fructꝰ oriri: cū habeat roſas: eaſꝫ ſpinis et
ſentibꝰ mult̄ inſeptas Nā ſi ad muſicā q̄s accedat vix
credo abibit illeſus: reportabit aculeos: dū ſectat̄ flores:
q̄s ꝯtēpſiſſe ſatius exiſtiare debꝫ ¶Chi. Nō riget tribu
lis muſica. ſi alia nō addātur obſcena Que vbi acceſſe-
rint. q̄s negat pudorē difficilē eſſe cuſtoditu? Sed nihil
fructꝰ habere muſicā ꝯtēdis. ¶Ariſ. Niſi hāc velis eē
vtilitatē qd̄ ad anioꝝ cōmotionē ꝓſit. ¶Chi. Preterea

et alia eſt cōmoditas ¶ Ariſ. Quenā? ¶ Chi. Nedū in re ꝑuata (vt credis) iucūda ſalubriſq; eſt muſica. ſ; etiā negocijs publicis eſt adiumēto ¶ Ariſ. Quib9? ¶ Chi. Certamib9. in qbus ꝓcinentes habentur modulatores. ¶ Ariſ. Sane vulgares hi ſunt ſonitus: triſteſq; magis ſtrepitus q̄ȝ armonie. Tuba eni raucū quendā gemitū emittit. nec ibi muſice ratō habetur ¶ Chi. Negas tubam eē muſica quippiā? q̄ et ſi: vt ſentire videris: modicam pre ſe ferat iucunditatē. ad ferociā tñ truculentiāq; cōcitat milites. animat in hoſtes. ac ad ꝯferendas manus reddit ferventiores. Neq; tñ hoc ſola: vt forſitā credis: molitur tuba. nā ꝓditū eſt memorie Lacedemones in aggrediēdis hoſtib9 nō lituis vel tuba: q̄ ſolent alios militū excitare: ſ; tibijs vſos. Nihil in pricipijs bellorū ſalubrius arbitrati. q̄ȝ ſi ꝑmulcti ſonis mitiorib9 haud immodice ferocitent. ⁊ ne ſparſim diſpalati in certamē ꝯruerent. vis ⁊ impet9 eoꝝ militaris muſice diſciplīa cohiberetur. Qd̄ ſp amplissimas copias vbi ꝯgrediundū eſt agere nimirū decet. Maximū eſt eni hoc ad ꝯſequendam victoriā momentū ¶ Ariſ. Inſanis atq; deliras: ſi ꝓpt has modulatiōes rem militarē ꝓſperius ſucceſſuram arbitraris: an ideo plures ex hoſtiū nūero caſuros putas? quib9 cū res geritur ferro. ¶ Chi. Neſcio recuſeſne an nequeas me intelligere: alterū maliuolentie alterū ignauie aſcribendū eſſet. At quis eſt adeo tardo hebeteq; ingenio? quē lateat tibiarū precentiōe fieri: vt equabili modulatoq; ſenſim ingreſſu ſtipatū agmen nō diſſoluatur. Quod vbi fuerit diſtractū non multū ſpei de victoria potiunda reliqui eē pōt. Non eni fortitudo alacritaſq; militū quicq̄ȝ ꝓficeret: niſi certos in ordines diſtributi coadunatiq; in aciem hoſtē aggrederētur. Ad quod modulationes muſice ſunt ꝑopportune. Nā et halyates lydorū rex nō fiſtulatores mō et fidicinas: ſed feminas etiam traditur tibicinas in procinctu habuiſſe.

¶ Ariſ. Lauda muſicā vt voles: me nullū tenet eius deſideriū ¶ Chi. Sic es ad lyram aſin9 ¶ Ariſ. His me v̄bis laceſſere noli: ne canē ſopori deditū te peniteat irritaſſe. ¶ Chi. Canis ergo es? ¶ Ariſ. Ceſſa ꝑ iouē: ne me q̄ſiem: experiare. ¶ Chi. Licet ne ſalib9 vti? Sȝ redeo ad id q̄d te ex muſica nullā ſentire dicis voluptatē. ¶ Ariſ. Voluptas eni ſp a me fuit aliēa qua cōmoveri animi eſt improbi effeminatiq;. ¶ Chi. Tu v̄ba ſecus ac a me ꝓferuntur: intēpretaris. Honeſtam ego volui voluptatem tu refers ad turpē. Quod aūt muſice te non affici dicis durum te ⁊ ferreū oſtendis. Muſica eni dulcedine ſua fera etiā animantia demulcet. ¶ Ariſ. Id ego nunq̄ȝ audierim. ¶ Chi. Habeo tibi in hac re fidem cū ſint multa que neſciunt bonarū artiū impugnatores. Sȝ audi obſecro vnū. Proditū eſt memorie delphinos muſice: ꝑſertim ſymphonie: amore plurimū trahi. Referā ergo quibus potero breuiorib9 v̄bis: q̄ de Arione fidicine memoratu digna tradūtur. Is eni Periandro chorinthiorum regi artis cauſa percharus fuit: cumq; ab eo in italiam traijceret: magna ibi pulſandis fidib9 auri vi ꝓmerita: rediturus chorīthios nautas: quib9 melius fiebat vt eū reducerent cōduxit. Illi Arione accepto cum in altum nauigaſſent: conſiliū de necādo eo ſpe prede inierūt Arion omnē pecuniā reſq; ſuas illis dedit. q̄mi9 vita eriperetur. Sȝ ꝓces eius neglecte nō magis ꝓfuere. quā q̄d ſua ſeipſe manu interimeret. Vnū tñ impetrauit vt ꝑuſquā mortē oppeteret. carmē ꝯſolatoriū caneret. Cumq; ſic ſumptis fidibus in ſumma puppi ſtans dulce modularetur. plurimos ad ſe audiendū delphinos ꝓuocavit. Deſiliens vero ab eorū vno except9 eſt. ꝓteruectuſq; thenarā laconie oppidū. Is nō ſua ſed muſice: quā ꝓfitebatur: cauſa mortis euaſit diſcrimē. ¶ Ariſ. Poteſt quidem ſic eſſe vt ais. delphinos muſicis concentibus delectari. At hoīes: qui nō voluptate ſed rōne duci debēt;

nunt ĩz his leuitatibus operã dare decet. addẽ qꝺ ꝓpter
multitudinẽ vehementiãqꝫ vocũ leditur cerebrũ. ledun-
tur ſpiritꝰ vitales cantantiũ. Quo fit vt ad mores ma-
le diſpoſiti reddantur. q̃s Ariſtoteles. banauſos dꝫ Chy
ron Nunq̃z ea ex muſica ſequi mala perſuadebis: niſi
ob immoderatũ eius vſũ: hoc eſt abuſum Quis enim
neſcit animaduertendũ: ꝓ egregia illius comici ſentẽtia
in om̃i actione om̃iqꝫ negocio appꝛime obſeruãdã: Ne
quid nimis. Ideoqꝫ muſicã amabo quoad viuam. Et
ideo magis qꝺ ꝑ hanc in templis deus optimus maxi-
mus laudatur. ¶ Ariſ. Iam vero muſica relicta ꝑga-
mus ad Arithmeticã abſoluendã. Chyron. ꝑge.

# Ca. ſextum de Arithmetica

ARiſtobolus. Inſtituamus ergo de Arithme-
tica ſmonẽ numerãdi artẽ docente: que cum
nullius ſit eſtimatiõis ꝛ ponderis: nihilqꝫ ho
minibus afferat emolumẽti. ei non eſt inſudandũ. Scio
ꝙ multũ requirat occupatiõis: multũ ingenij: multum
laboꝛis: multũ tꝑis. Cui vero cõmodo inſeruiat: ignoꝛo
¶ Chi. Hec vt cetera te bonarũ diſciplinaꝝ irriſoꝛẽ im
pudentiſſimũ latent. Quod multũ laboꝛis multũqꝫ oc-
cupationis exigat arithmetice ſtudiũ conqueri videris.
facis vt ſolent quos piget litteris operam dare Sudo-
rem refugiunt diligentiãqꝫ ꝛ aſſiduitatẽ detrectant: ſine
quibꝰ ſummũ doctrine gradum adipiſcitur nemo. Cre
diſne ſomniando quẽ aut inter cyathos creſcere in eru-
ditiõe? Alia ẽ baccho et alia minerue natura. Ille haud
magno niſu percipitur. Hec vero multis vigilijs ingen
tiqꝫ excolitur laboꝛe. Eant igitur cubatũ: quos diutur-
ne ſedulitatꝭ tedet. In viros eñi doctos euaſuri ſunt nũ
quã. Dicis aũt nihil habere penſi Arithmeticã que do-
cet numeros colligere ꝛ ſubtiliter diſtinguere: quos vbi
a rebus hũanis ſuſtuleris: oĩa perire eſt neceſſe. ¶ Ariſ.

Sed que eſt tanta numerãdi ſcia: vt abſqꝫ ea res noſtre
ꝯſiſtere non poſſint? ¶ Chi. Niſi arithmetica que nũe
ralis ſcia dicit͛: arithmos eñi grece nũerus eſt: in vſu ha
beretur. maxima eſſet hominũ confuſio. Quantũ cha-
os. viueremꝰ inſenſatoꝛũ aniantiũ moꝛe: nullã hoꝛarũ.
dierũ. hebdomodarũ. menſium. annoꝛũqꝫ diſtinctionẽ
obſeruantes Non poſſent vlla deoꝝ immoꝛtaliũ ſolem
nia celebꝛari. neqꝫ tꝑis ratio haberi. cuius virtus ꝑ cele
ſtium ſuꝑioꝛũ influxu multũ in iſtis inferioꝛibꝰ oꝑatur.
Nequirent cõiunctiones: oppõnes: innocua ꝑniciosa ue
ſyderũ ſigna diſcerni. ex q̇bus magna ſalutis hũane ꝑs
dependet: pꝛeſertĩ in medelis exhibendis. Multũ igit͛ ha
be arithmetica vtilitatꝭ ¶ Ariſ. Que iã recenſuiſti ñ ꝑ
numeroꝝ rõnem: ſed aſtronomiã cognoſcũtur. ¶ Chi.
Sed edicito mihi (queſo) quid abſqꝫ nũerꝭ aſtronomia?
Cui niſi arithmetica ſuffraget͛: manca videbitur. Profe
cto ſi numeros neglexeris: vileſcit om̃is aſpectuũ conſi
deratio ſuperioꝛũ: que admodũ ꝑſpicua eſt ¶ Ariſ. Ne-
qꝫ aſtronomiã ego: neqꝫ arithmeticã compꝛobarim: al
teram ꝙ in celo habens oculos que pedibus calcantur
ignoꝛet. Alterã quod illi opitulet͛ delire fatuitati ¶ Chi.
Si quicq̃z in aſtronomiã dicendũ exiſtimaſti: cur ñ hoc
ſuo loco egiſti: Iã de arithmetica nobis ẽ ſermo ¶ Ariſ
Ad iuuandã ergo aſtronomiã arithmetica eſt inuenta?
¶ Chi. Minime: poteſt eñi om̃i negotio adhiberi. Nã
ad mercaturas etiã valet: cum ſit memoꝛie ꝓditũ ꝓpt
has a phenicibus ꝑmo repertã. ¶ Ariſ. Pꝛoh q̇d nunc
ais? Siccine arithmeticã tueris: cuius pꝛeſtantiã ſi mi-
hi antea ꝑſuaſiſſes: iam odiſſe me hanc faceres ¶ Chi.
Quamobꝛem? ¶ Ariſ. Nõne liberalium artiũ vna eſt
arithmetica ¶ Chi. pꝛobe ¶ Ariſ. Et ꝑ mercimonijs
valet arithmetica? ¶ Chi. Etiam. ¶ Ariſ. Ergo artẽ
liberalem mechanice pediſſequã eſſe dicis. Ergo ancil-
lis dñe famulabũtur. Quid queſo ineptius? Accedit qꝺ

vel turpi exhibet officiū: accomodatqꝫ auaricie digitos.
Nōne ſordidū quippiā videt̄ mercatura? ¶ Chi. Qua
re ſordidū? ¶ Ariſ. Quia ex nimia hoim auiditate orit̄
nimioqꝫ deſiderio habendi. ¶ Chi. Non oēs ex auari-
cia mercant̄. Sꝫ expone: quis eēt rerūpublicaꝝ ſtatꝰ qn̄
nemo emeret: nemo venderet: nemo negociaret̄. ¶ Ariſ.
O feliciſſimas vrbes: populoſqꝫ fortunatos: vbi nulle
exercentur mercature: q̄ raro abſqꝫ fraudibꝰ fiunt. Vbi
nulli cauſidici ⁊ aduocati. Ibi eni in ſumma viuit̄ tran
quillitate. vbi tales ꝓcul abſunt deceptiōes: vbi cōmu-
nia ſunt oīa: vbi nō auꝝ: non argentū: non vlla numiſ-
mata. Talē priſci illi vitā viuebant: cum erant ſaturnia
regna. Non erat fur vllus: nō latro timendus: Poſtq̄ꝫ
vero ſacra et iſatiabilis eris fames hūanos ſtomachos
affligere cepit: q̄ aurea q̄ndā dicebant̄ ſecula: nūc heus
lutea ſunt: ⁊ luto ipſo obſceniora. Nunc hūani iura ſi-
mul ⁊ diuina ꝯfundūtur oīa. Nihil tutū: tranquillum:
pacatū. Cuncta turbulenta. Ius vendit̄ auro: qui mul
tum agri poſſidet ille vir ſapiens iuſtus fortis modeſtꝰ
habetur. Pauptas ludibrio ducit̄ ¶ Chi. Satis defleſti
tēpeſtatis noſtre miſerandū caſum. Quia igit̄ priſtinis
moribus non viuitur: ⁊ immēſa cupiditas opū inoleuit
equū erat vt mercature eēnt: ne inclinate ad ruinā nutā
teſqꝫ reſpublice ex toto collaberent̄. Beneficū preterea et
liberale cēſeri debꝫ: vni ꝓuicie in his quibꝰ ipā caret ſub
ſidio alius ꝓuiſuꝫ iri. ¶ Ariſ. Iuſtū eſſet ac obſequioſuꝫ
niſi fraudes admitterent̄. ¶ Chi. Num ſepius nullam
eſſe ſub ſole rē quantūcunqꝫ vtilē: iucundā: aut neceāriaꝫ
cōmemoraui? qua ſi q̇s velit nequeat abuti. Veꝝ eni ve
ro tritū eſt et quotidianū in mercimonijs dolos v̇ſari.
Quibus humane ſuſtentatōi cōmodius eſſet nihil: ſi vt
inſtitute ſunt recte colleret̄ur. Nec tu mihi perſuadebis
nos abſqꝫ negationibꝰ vitā ꝓpagare poſſe. ¶ Ariſ. Sꝫ
qui veteres viuebant in orbis exordio: quibꝰ erāt incog

nite mercature. ¶ Chi. Et illis nos cōmode carebimꝰ ⁊
vbi ad priſtinū viuendi morē fuerimꝰ reuerſi. Si ſilue-
ſtribus in cāpis paſſim nullo duce errātes glandibꝰ ve-
ſcamur ⁊ herbis. Qꝺ gula nrā dulcibus liniri obſonijs
aſſuefacta pati recuſat. De decoꝝ igitur mīme cenſendū
eſt mercari. Quapropt̄ arithmetica nō floccipendenda
q̄ tante rei ſolertius ꝑficiēde fert ſuppetias. ¶ Ariſ. In
idem redundat orō tua: nec excuſata eſt abs te arithme
tica: qꝺ ſtudio mechanico ſuffragetur Id ſane ridiculū
eſt. ¶ Chi. An tu eo viliorē exiſtimas arithmeticā: qꝺ
auxilio ductuqꝫ eius ꝯſueuerīt vti negociatores? q̄ hanc
non vt miniſtrā ſed dominā apprime colūt ⁊ venerant̄
Theodoricus. Nimiū a cepto ſermone diuertemi: q̇ etiā
queqꝫ minutiſſima exequi vultis. Tꝑs ꝑbreue eſt: ſol ad
occaſuꝫ feſtinat. Cōtinua igitur ſermonē tuū o Chiron
¶ Chi. Nec ſola (vt credis Ariſtobole) mercatura huiꝰ
artis auxilio eget. Sunt eni ⁊ alie ſcie liberales: q̄ abſqꝫ
arithmetica nullā prorſus in ſe vi hn̄t. Nā aſtronomia
geometria ⁊ muſica. ſublata arithmetica cōſiſtere non
pn̄t. Deſine igitur tāto ſpiritu in hanc diſciplinā inuehi
que ad multa cognoſcenda non ſolū vtilis ſed ⁊ neceſſa
ria eſt Cuius fructus: ni diſſimulares: tibi admodū eſſet
ꝑſpectus. ¶ Ariſ. Qui ex ea fructus oriatur: prorſus ig
noro. Cognoui equidē plurimos quibus in primis nu-
merorum vis et natura erat explorata. Permulta milia
recenſebant. cum vero nummi exponi debebant. vix de-
cem numerare poterant. Marſupia erant plumis leuio
ra. ¶ Chi. Id hominū inopie aſcribe. non arithmetice
Nec opulentos facit ars numerandi et ſedula conſue-
tudo. niſi ſe alio applicarit. ¶ Ariſ. Quid igitur pro-
deſt? ¶ Chi. Putaſne liberalia ſtudia fortune bonis cō-
q̄rendis opitulari? Externa indagaret: q̄ corpꝰ magis exco
lūt. q̄ꝫ aīm reddāt feliciorē. Quāuis eī pleraqꝫ ſint. q̄ ni

nis locupletent. quia tamen et cognitu iucunda ſunt:
et ad altiora prebent aditū. ſciri ea oporteret. Quod ſi
hanc ob rem arithmeticos deteſtaris. quia nō eo maio
re opum vbertate affluunt: quo ampliores nūeros atqꝫ
plures diſtincte. ſubtiliter. ſummatiqꝫ ꝯſtringere ⁊ adu-
nare poſſunt. meditare rurſus in om̄i doctrie genere vi-
ros offendi. qui paucꝭ contenti tenui ſuppellectili viuāt
Non enī cunctos habendi deſideriū inuaſit. A quo qui
liberi ſunt: hos ego de vere philoſophantiū grege cēſue
rim: ſi modo litteras ament. Quapropter egeſtatē im-
propera nemini: que vitiū non modo non eſt: ſed et vir-
tus maxima: vbi ſponte ſuſcipitur ¶ Ariſ. Hui⁹ me vir
tutis immunem ſuperi reddant: cui nulla preter ſitim et
inediam ſunt premia. Sed qui tibi primi arithmetice in
uentores fuiſſe videntur? ¶ Chi. Repetam. Phenicum
prodita eſt ingenijs. ¶ Ariſ. At ſunt qui a pythagora
ꝓfectam a nicomacho diffuſius eſſe compoſitā velint.
¶ Chi. Id ego in nullo ſcriptore fidedigno memī me le
giſſe Quamuis Anticlides pythagoram circa arithme
ticam vacaſſe: nouāqꝫ regulam que ex vna corda eſt re-
periſſe dicat. ¶ Ariſ. En q̄ꝫ ſe properat ſol oceano tin-
gere. Neceſſum eſt igitur (ſi hodierno die diſceptationē
volumus abſoluere) ad geometriam vertamur. Anteq̄ꝫ
nox improuiſos opprimat. ¶ Chi. Proſequere ergo ce-
pta.

# Capitulū ſeptimū ⁊ vltimū

de geometria.

ARiſtobolus Age nunc o Chiron mihi vltimā libe
ralium artem explodendi verbis tuis obuiam ire
¶ Chi. Abſqꝫ vlla circuitione id fecerī Reſpondebo enī
de hac poſtrema: quemadmodū de ceterꝭ a me eſt facti
tatum. Sed cuiuſnā rei gratia explodendā credis abij-
ciendamqꝫ geometriā: que et ipſa mathematica eſt ſane

perutilis ¶ Ariſ. Metiri me docet geometria. Non igi-
tur liberaliū artium numero eſt. Metiuntur enim ſarto
res vlnis: et pleriqꝫ ſeruilib⁹ ac ſordidis officijs occupa
ti ¶ Chi. O ignauū hominem. o caput ſtolidū. Dic mi
hi bone vir vnde geometrie nomen deſcendat Ignoras
ꝑſicū ne ſit an macedonicū: ſed vt hunc tibi eximā ſcru
pulum. Geometrie vocabulū ex greco traxit originem.
Componitur enim a geos qđ eſt terra et metros menſu
ra Non itaqꝫ circa pannos dimetiendos hec ars verſa
tur: vt tu vel maliuole vel ignare et ſtolide dicis. Sed ꝓ
menſurandis agris eſt inuenta. Cum enī in egypto q̄n-
dam aſſidue nili inundationes prediorū limites confun
derent: et nunc addendo: nunc minuendo immutarent:
interdum etiam prorſus (ꝓpter limi obductionē) notas
quib⁹ ab alieno ꝓpriū diſcernebatur delerent: ꝓdita eſt
ab egitijs geometria. ¶ Ariſ. En q̄ꝫ aperta nunc men-
dacia ꝓfers: que latere poſſunt neminē. Dicis enim ob
terre dimenſionē geometriam eſſe inuētam. Cum qui ei
dant operam: ſolent etiam aera metiri. Item celi et ma
ris ſpacia? ¶ Chi. Primū quidem ꝓpter menſurandā
humū eſt reperta Hinc etenim nomen habet. Poſtea ta
men allecti ſubtilitate eius litterarū amatores ⁊ ſtudioſi
poſt terre dimenſionē: ſyderꝫ ab orbe: ſolis a luna diſtā-
tiam indagare ceperunt. ¶ Ariſ. Sed quid hoc inquiſi
tionis genus cōmodi pollicetur? Geometria mihi ina-
nis quedam videtur fatigatio ingeniorū. Tu vero min⁹
prudens es: quē eius rei: que nullius eſt momenti: laudā
de tuendeqꝫ non tedet. ¶ Chi. Omni in re cōmoditatē
in p̄mis tibi expoſitū iri cupis: animūqꝫ tuum fortuna-
rum magis q̄ꝫ glorie cupidū eſſe declaras. Attamen q̄d
proſit audi. Geometria ꝓfecto etſi multū in ſe habeat
laudis multūqꝫ conſueuerit ſectatoribus ſuis iucundita
tis et acuminis conferre. Hoc tm̄ ſolo non contenta: vtili-
tatem quoqꝫ minime reijciendā ꝓmittit. Plurimū enim

vrbibus et rebuſpublicis (ꝑſerti vbi hoſtiū obſidione cl
guntur) ꝑbet adiumenti. ¶ Ariſ. Jd ego mediuſfidius
nunq̄ȝ vel viderim: audieriue: aut vllibi offenderi ſcrip-
tum. ¶ Chi. Arguit hoc deſidiā inſciciamꝫ tuā. Non
enim Ti. liuij aut Plutarchi ceterorūꝗꝫ hiſtoricoꝝ anna
les reuoluiſti: ſcribentiū quanto fuerit vſui ciuitati. Si-
racuſane a romano cōſule marcello obſeſſe vnius archi
menidis ingeniū geometre: q̄ ſuis illis machinis ad hoc
inſtructis varia miſſiliū genera ⁊ imenſe magnitudinis
ſaxa incredibili fragore ⁊ velocitate iaculata ī terreſtris
hoſtiū emittebat copias: totaꝗꝫ diſſipabat agmina. Jn
de trabes e muris firmiſſimo deſuꝑ iactate pondere: nō
nullas ī ꝓfundū precipitabāt naues: pleraſꝗꝫ ſcopulis
illiſere. Vnius manus archimenidis: ceteriſ q̄ erāt in vr
be quieſcētibꝰ: tantā opabat̄ ſtragem. Hoc potiſ eſt geo
metria ¶ Ariſ. Eque ac nihil ꝓfuit hec geometrica ma
gis illuſio q̄ȝ pugna. Cum tn̄ paulopoſt ſyracuſis in di
tionē redactis: ⁊ archimenides ille geometer: q̄ tante ca
lamitatis romane auctor extiterat: ꝯdigna ꝑmia ſit cō
ſequutꝰ. ¶ Chi. At potuere ſyracuſani obſidionē ꝓtra
here diucius: ⁊ tantiſꝑ a menibꝰ arcere hoſtē: q̄ ad is ad
fraudes ꝯuerſus: et calliditate vſus militari vrbeȝ: que
archimenidis geometria defenſa palā expugnari nequi
bat: clanculū eſt aggreſſꝰ. Nec tu mihi archimenidem
debitiſ remuneratū ꝑmijs obijcias: cui etiā ꝑ hoſtē mar
cellū: etſi grauiſſima ꝑ eū dāna ꝑpeſſum: licuit eſſe viuo
et incolumi: publico eni edicto vetuit: ne ei militū q̄ſpiā
officeret: neꝗꝫ ceſus fuiſſet: niſi geometrie nimiū deditus
diametroſꝗꝫ pulueri inſcribens a ſuꝑueniente q̄dā Ro-
mano milite quiſnā eſſet interrogatus rn̄dere diſtuliſſet
Jntētus eni figuris deſcribūdis: vrbē direptā antea nō
ſenſit: q̄ȝ ab eo milite ꝯfoſſus eſt: artiſꝗꝫ ſue liniamenta
cruore ꝯfudit. ¶ Ariſ. Quid multa narras? cū hunc oc
ciſuȝ eſſe ꝯſtet. ¶ Chi. Perijt ingenio ſuo. Gloriari ꝓſe

cto ſolebat: ſi quē alteꝝ tre globū nactus eēt: hunc ad il-
lum ſe trāſlatuꝝ. ¶ Ariſ. Et q̄ dictu arrogantia: ⁊ que
īpoſſibilia factu ſunt facturꝝ ſe iactitauit. Sȝ īponamꝰ
litī noſtre modū: ne nos altercantes dies deficiat ¶ Chi-
Hoc mihi vehementiſ cordi eſt: tu igitur Theodorice: quē
diſceptationi veſtreꝰ ꝑfeciꝰ: v̄bis nr̄is eq̄ lance pondera-
tis: ſententiā ferto.

Vm ego cogitabūdus tacito mecū ipſe aīmo
reuoluens: quis mihi equiorē defendiſſe partē
videretur: ſubticui: certū tn̄ ⁊ deliberatū erat:
me ꝓ Chyrone ſententiā latuꝝ. En aduentare viſus eſt
clariſſimarum ſeptem virginū cetus. Quarū ſubita pri
mum et inopiata preſentia ꝑculſus: deinde ſumpto ani
mo factus audentior quenā eſſent: cuiuſue rei gratia ve
niſſent: percunctor. Progreditur earū vna in mediū que
ſumptuoſiore preſtantioreꝗꝫ veſtiū ornatu exculta erat
meꝗꝫ comiter ⁊ benigne ſalutato: vix dici queat qua ſue
rit gratia ſermonis: q̄ȝ compte grauiter concinneꝗꝫ ver
ba fuderit. Quorū ſeries mihi iam non ſuccurrit: atta-
men hanc fuiſſe mentē recordor. Nobis o Theodorice
ſeptem artium liberaliū eſt nomen teꝗꝫ oratum venimꝰ
quoniā de nobis coram te arbitro contrauerſia eſt cele
brata: tu laudū tale ꝓferas: quo et officio tuo recte pru
denterꝗꝫ ſatiſfacias: ⁊ honorem noſtrū tueare. Non ob
teſtari te acceſſimus: vt contēplatione intuituꝗꝫ ⁊ gra-
tia noſtra corruptus: quippiā iniqui aggrediare. Sed
quod iuſtū: quod equitati rationiꝗꝫ conſentaneum eſt:
abs te iudicatū iri expectamꝰ. Hanc ſalubrem admoni-
tionem pergrato me aīo amplecti verbis quibus po-
tui declaraui: cum iuſticie tum ipſarū etiam cauſa. Per-
inde tn̄ me fuiſſe iudicaturū dixi: ac facio: ſi nulle preces
earū interceſſiſſent. Efflagitantibꝰ deinde Chyrone et
Ariſtobolo ſiniazri hec v̄ba ſum loquutꝰ Veſtras o viri
clariſſimi deſceptatōs ⁊ audiui ⁊ ītellexi: ac vtinā ꝓ illis

diſcutiendis prudentie mihi tantum eſſet quantū fidei. Mallem ab hoc me faſce liberū Sed quoniā ſubij id oneris: adempta eſt retrogrediendi facultas. Igitur ego quid arbitrer in medium afferre. Spero me iuſticie limites non exceſſurum. Quod ſi ſecus a me factitatū alteri veſtrum videbitur: hanc ꝓuinciā alij delegate. Ego veſtrum ſuccenſuero neutri.

GRammaticaz ego (que litteralis ſcientia eſt recte loquendi ſcribendiq; noticiā tradans) minime reijciendam puto. Ea enim neceſſaria pueris: iucunda ſenibus: fida ſecretorū comes ad omnia litteraꝝ genera iter prebet. Tu igitur o Chyron: cuiꝰ in hac parte verba cōprobo: iure victoria potiris.

LOgica vero diffinire: querere ⁊ diſputare docens a veris falſa ſubtiliter diſcernens. et iuuenū ingenia reddens acutiora non eſt explodenda. Quinimmo plurimū amanda: et ſic amanda: vt non illi ſoli opa detur: ne tempus in eminentioribus diſciplinis terendū: in ea conſumatur. Attamen adoleſcentū in primis eſt logice incumbere ad multa deſeruienti. Tu igitur Ariſtobole victus eſto.

RHetoricam vero quis dignis ꝓſequatur laudibꝰ? Sine cuius auxilio artes cetere marceſcunt: et q̄ſi nude manceq; reputantur. Niſi enim res etiam quantūcunq; vel iucunda vel vtilis accomodatis verbis eleganter graviterq; ꝓferatur. nihil in ſe viriū exiſtimabitur habere. Non igitur int̄ abiectiora ignobilior aue bona ea: que diuina pietas mortalibus elargita eſt eloquētia recenſeatur: ſupernū munus. Quod vero pleriq; oratores male affecti ſcribuntur tulit hoc non eloquentia: ſed efferata crudelitas malorū Id veterum hiſtorias reuolventi patebit Et nunc igitur tibi o Chyron victoria deferenda eſt.

AStronomia quoq; liberalium artiū vtilitate nō poſtrema. oſtendens celos et ſuper archana mortalibꝰ paudēs: multū quandoq; rebuſpublicis etiā ſolz ꝓdeſſe. Quod intelliget facile. qui periclem athenienſez Dionem ſyracuſanū. Niceam. et gallum Sulpitium exponentes obſcurationē ſolis: qua viſa conſternati militum animi ⁊ infauſtū omen portendi metuentes ad certamen in eundū elanguerāt: exercitum ad audaciam legit reuocaſſe. Sed ceteris etiā in rebus hec ars ⁊ cognitu iucūda eſt: ⁊ ꝑutilis. Tua igitur Chyron eſt victoria.

MVſica vero (quā deteſtatus es Ariſtobole) haud parum habet momenti. cum in rebus hūanis (que mentes noſtras merore deiectas in leticiā reuocat. Ideo q; Pythagoricis mos fuit vt et vbi cubatū irent. et quādo mane ſurgerent. ſi quid triſticie inerat. id lyra ſuauiť concrepante diluerent) tum in rebus bellicis: Ea eni excitabantur militū animi. Quapropter tu o Ariſtobole ſuccumbis.

ARithmetica vero de numerorū ratione ꝑtractās contemnenda non eſt. Illius enim auxilio cetere oēs mathēatice ſubſiſtunt diſcipline Nec fruſtra in laudibus diuinis ſcriptū quis arbitretur Omnia in pondere numero et menſura facta eſſe. Tolle numerū: et cūcta ignorantie nubibus obfuſcari videbis. Tibi itaq; o Chiron palma cedit.

GEometria q̄z liberalis ars cū vtilis tum iucūda: fructu n̄ caret. Cōfert ei acumē ingenio ſingulare Cōfert itē experientiā et alia q̄ tu q̄m: o Chyrō: attigiſti et oēs artes liberales tutatꝰ es ingenue: te quēadmodū in cetera oi ɔtrouerſia ⁊ i hac ꝑte ꝓnūcio victorē. Apꝺ te totius diſceptationis remanet palma. Si quid ſentētia mea ponderis habet.

¶ Hec vbi dixiſſez: gratias mihi habuere ingentes virgines paulo ante commemorate: que ſententie feren-

de intereāt. Laudatoq; munere meo et ꝓpt iuſticiam in iudicando eque penſiculatam: et ob earū aduerſus improbi calūnias defenſionem abiere.

¶ Finis.

¶ Impreſſum Liptzk per Jacobū Thanner Herbipolenſem Anno ſalutis noſtre. 1 5 0 1.

Univ. Bibl. München